

quoniam in ductis plerumque for-
tuna recedit.

Omissio prodest subdere calcar equo
quoniam obliviscens otium celeritatem
querit.

In stadio currunt frustra laborat
nisi sic currat quod bracium ap-
prehendat.

Expedit igitur tollere muros et in-
ceptum perficere cum honore ac acci-
dere festinanter quod iam incipit
expirare nec reputemini ut auditores
et non factores engemire sermo-
nibus universos et singulis perop-
tantibus. Quibus dictis pervenerunt
ad locum victoriosum ducentes
carrocius et cum diu residissent
circa illum et non conferrent
projiciles lapides cum manganiis
super muros nec operaretur
virtutem suam ignis sepe projectus
et habitantes dicerent non pa-
rere novissime foderant ripas
et subintrantes muros castri